

Matthaei  
26-47

is et fustibus missi a principibus sacerdotū:  
et senioribus populi. Qui autem tradidit  
eum: dedit eis signum dicens. Quicumq;  
osculatus fuero is est. tenere eum. Et cōfe-  
stim accedens ad iesum. dicit. Aue rabbi.  
Et osculatus est eum. Dixitq; illi iesus. &  
Amice: ad quid uenisti? Tunc accesserunt  
et manus iniecerunt in iesum: et tenuerūt  
eum. Et ecce unus ex iis qui erant cū iesu.  
extendens manum: exemit gladiū suū:  
et percutiens seruum principis sacerdotū  
amputauit auriculam eius. Tunc ait illi  
iesus. Conuerte gladium tuum in locum  
suum. Omnes enim qui acceperint gladiū  
gladio peribunt. An putas quia non pos-  
sum rogare patrem meum: et exhibebit  
mibi modo: plus q̄ duodecim legiones an-  
gelorum. Quomodo ergo implebuntur  
scripturae: quia sic oportet fieri. In illa hora